



Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

Trigesima tertia causa. Terdema terna friget, compunctio votum. Quinque quæstiones trigesimæ tertiae causæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](#)

C. XXIV. ¶ Cum novit, vel filiastra, vel soror
sua uero dormientem, ad conjugum per ventro
non poterit: vario tamen carum lo-
gitima non negantur con-
jugia.

jure, ac potestate, apud antiquos Patres fas erat. Vtrum
& nunc fas sit, temere a non dixerim.

Si quis cum noverca sua dormierit, neuter ad con-
jugium potest pervenire: sed vir eius potest, si vult, a-
liam scire, si ne continere non potest. Similiter si quis
cum filia sua, vel cum sorore uxoris sua dormierit, ob-
livrandam est.

Quoniam illud, quod in fine Moguntinensis conciliis ponitur, à
monita non de legitime compunctione, sed de formicaria dictum inter-
venit; videlicet ut formicaria dicendum ab invicem, & sine se-
cundum permaneat. Illud vero Gregorius ad Bonifacium, An-
no 1. pro tempore permisum est: quibus B. Gregorius in qua-
re ex parte coniugia contraria permissi: alias autem
non est, cum Augustinus dicas libro de sermone Domini in
novo, [s. b uxori qui habeat steriles, &c.]

¶ Anglico] Verbiis auditor gloria animaduertit, Gratias, quod Gregoriusserius scriptis ad Bonifacium legatum Germanorum pro causa Germanorum, retulisse ad ea, que multo ante B. Gregorii prima scriptis ad Augustinum Episcopum, dispensandam Anglos ad fidem nuper conversis super gradibus consanguinitatis et affinitatis et habebat infra 35. questi. 2. & 3. cap. quadam let. q.v. sed fidem.

C. XXXV. q. *Ob infirmitatem; vel damna-
cypri; conjugia solvi non
ficer.*

*Iustus Nicolaus ad Carolum Moguntinensem
Episcopum.*

Hec qui e matrimonio fani contraxerint, & unius ex duabus amentia, aut furor, aut aliqua infirmitas accelerent, ob hanc infirmitatem conjugia talium solvoscantur. Similiter sentendum de his, qui ab adversis exercantur, aut membris truncantur, aut a barbitus effectu facient.

Q. XXVI. q Furiosus & furiosa matrimonium contrahere non possunt.
Item Fabianus Papa.

*N*eque d' furiosus, neque furiosa matrimonium contrahere possunt: sed si contractum fuerit, non separantur.

*7 pax. Vero ex primis colligitur, non licet huic, dimis-
sa uoce alienudere. Manet enim inter eos quoddam vincu-
lum amicale, quod nec ipsa séparatione dissolvitur.*

XVII. T. Steritem uxorem dimittere, & ea
sa facunditatis altam ducere alicui
non licet.
Ind Augustinus ait in libro de bono conjugali,

cap. 7.
Tahitum est valet illud sociale vinculum conjugatum.

ut cum causa procreandi configuretur, nec ipsa causa procedat solvatur. Posset enim homo dimittere sterilitatem uxori, & aliam dicere, de qua filios habeat, & tamen non licet. Item c. 15. q[ui] Maneret vinculum nupciale, et profectus, cuius causa inimicitas manifesta fieri posset, non subsequatur: ita, ut jam scientibus conjugibus non sit potius habitueros, separare se tamen vel ipsa causa filiorum, atque aliis copulatores non feciat. Quod si fecerint, cum eis, quibus se copulaverint, adulterium committant, ipsa autem conjuges manent. Plene uxoris voluntatis adhibere aliam, unde communis filii nascantur unius: committitione ac feminis, alterius autem

¹ Exempli gratia Vermerius Burd. 17. c. 11. b supr. ead. q. 5.
c. 10. v. Lib. 2. sent. Pauli. sit. 10. in interpretacione l. 4. in
Gad. Theol. Soc. 1. editio. 34. d Paulus ibid. Sent. x. ibid. Pol. ibid.
A. f. l. 4. 8. e Ivo p. 5. c. 17. 4. Panorm. 6. c. 28. c. 105.

jure, ac potestate, apud antiquos Patres fas erat. Vtrum
& nunc fas sit, temere a non dixerim.

C. XXVIII. — *De eodem.*

VSeque b adced manent inter viventes semel inita iuxta nuptiarum ut potius sint inter se conjuges qui ab alterutro separati sunt quam cum his quibus aliis adhaerentur. & paulo i post. ¶ Manet inter viventes quoddam vinculum conjugale quod nec preparatio nec cum altero copulatio possit auferre: manet autem ad noxiam crimini, non ad vinecum foederis: sicut apostola anima velut de coniugio Christi recedens etiam fide perditum sacramentum fidei non amittit, quod lavacro regenerationis accepit. Redderetur enim proculdubio redeunti si amisset abscedens. Habet autem hoc qui recessit ad culmulum supplicii, non ad meritum premii.

¹ ¶ Et paulò pòst] Apud B. Augustinum hic interjectur c. deniq^{ue} sup^{er} 31. q. 1. Addita verò novilla sicut, & emendata in hoc capite ex ipso originali, quemadmodum & in praecedentibus.

QVÆSTIO VIII.

Quam itaq; probatum sit, quod hic uxorem suam dimittere, & aliam ducere non posset, queritur, si licet et hoc conditione peccare, ut infidelem ad sidem adducat. Quod non posse fieri Augustinus affirmit in lib; de adulteris conjugi, cap. 24. ita dicens.

C. I. *Q* Non debet aliquis à continentia voto rece-
dere; etiam si infidelis Christianam se fieri
pollicetur.

Non e solum moechandum non est; (quod facit non quidam, sed omnis, qui dimittit uxorem suam, & dicit alteram, nisi propterea duxerit, ut faciat Christianam;) sed etiam quisquis non alligatus uxori continentiam Deo voverit, nullo modo debet ista compensatione peccare, ut ideo credat uxorem sibi esse decudam, quia promisit, que nuptias ejus appetit, futuram se esse Christianam. Quod enim cuiquam, antequam vovisset licebat, cum id nequam facturum voverit, non licet: statim id vorerit, quod vorendum fuit; sicuti est perpetua virginitas, vel post experta conubia solitus a vinculo conjugali, individualis castitas, seu ex confusione vorentibus *a*, & carnalia debita sibi invicem relaxantibus fidelibus, *cassifice*, conjugibus (quod alterum sine altera, vel alteram sine altero vorare fas non est) jugis continetia. Hac ergo, & fruia alia sunt; quae rectissime vorentur; cum homines vorerint, nulla conditione rumpenda sunt; quae sine illa conditione vorerunt.

¹ ¶ *Vel post* Hic locus in vulgatio B. Augustini codi-
cibus, & etiam apud Ivenem usq. ad vers. *Hac ergo*, pauso al-
ter habet.

CAVSA XXXIII.

Quidam vir malicie impeditus, uxori sui debitum sedere non poterat. Alius interim clavculo eam corruptis, a viro suo separatis, corruptoribus sua publice nubis: etrem; quod adficeret, corde tantum Deo confiteatur: redditus hinc facultas cognoscendi, eam repetit uxori suam: qua recepta, ut expeditius oratione vacaret, ad eam agri purus et accederet, contentiam se ferunturum promisit: uero veri consensum non adhibuit.

1. Hic primum queritur, an propter impossibilitatem secundum, et vivo suo aliqua sit separanda.
 2. Secundum, an post separacionem ei nubere valcat, cum quo prius fornicata esset.

3. Tertio, si sola confessio cordis crimen posse deleri.
 4. Quartio, si tempore orationis qui valeret reddere conjugii debitum.
 5. Quinto, an vir sine consensu uxori contumeliam vovere posset, vel si minus vel terribus licentiam vovendi ab ea extorquere posset.

Q. V. A. S. T. I. O. L.

Quod autem propter impossibilitatem reddendi debitum mulier à viro suo separari non possit, auctoritate Evangelica, & Apostolica probatur. Sic enim Christus ait in Evangelio: [Nullius est dimittere uxorem suam, nisi causa fornicationis:] vel quia alter eorum sicut Augustinus, fornicatus fuerit, vel ad quam alterum percessere voluerit. Item Apostolus: b [Mulier, quanto tempore vivit vir ejus, alligata esti legi ipsius.] non legi sibi reddendi debitum: sed non transference ad alium. q Item c: [Alio, qui matrimonio iurati sunt, praecepit, non negat Dominus, uxorem à viro non discedere, nisi causa fornicationis.] Evangelica itaq; & Apostolica auctoritate prohibetur mulier à viro suo discedere, nisi ob causam illam cuiuslibet nostrorum: qua interveniente si discesserit, oportet eam manere impunitam, aut reconciliari viro suo. Vnde datus intelligi, quod impossibilitas reddendi debitum facit conjugii dissidium. Hui iudicetur. Conjugium confirmatur officio, ut supra 1. probatum est: postquam vero officio confirmatum fuerit, nisi causa fornicationis, non licet viro uxorem dimittere, vel uxori à viro discedere. Verum antegnat confirmetur, impossibilitas officio solvit vinculum conjugii.

¶ [Et supra] Videtur indicare c. non dubium. & c. cum scriptis. supr. 27. q. 1. de qua re ibi notatum est.

C. 1. q Licer: mulier alteri nubere, quam ob frigiditatem vir cognoscere non poterit.

Unde scribit Gregorius: Ioanni 1 Ravennati Episcopo.

Quod autem interrogasti de his, qui matrimonio juncti sunt, & nubere non possunt, si ille aliam, vel illa alium disere possit: De quibus scriptum est: [Vir, & mulier, si se conjunxerint, & postea dixerit mulier de viro, quod non possit coire cum ea, si potest probare per iustum judicium, quod verum sit, accipiat alium. Si autem ille aliam accepit, separantur.]

¶ [Et Ioanni] Repetenda sunt, quae sunt notata in hoc idem capitulo supra. 27. q. 2.

C. II.

Iste ex epistola ejusdem.

Requisiisti e de his, qui ob causam frigidae naturae dicunt se non posse invicem operari carnem dantes, commiseri. Itē vero si non potest ea uti pro uxore, habeat eam quasi sororem. Quod si retinaculum conjugale voluerunt recindere, maneat utique innupti. Nam si huc non potest concordare naturaliter, quomodo alteri convenie? Si igitur vir aliā vult uxorem accipere, manifesta patet ratio f, quia suggestente diabolo odio somitem, exosam eam habuit, & idcirco eam dimittere mendacitatem molitur. Quod si mulier cauferit, & dicit: Volo esse mater, & filios procreare, & uterque eorum septima manus propinquorum tactis facrandois reliquis iurejurando dicat, ut nunquam per communionem carnis conjuncti una caro effecti sufficiat, videtur mulierem secundas nupias contrahere posse. Humanum g di-

a. Matth. 19. supr. 21. quæst. 1. c. idolatria. b. item si infidelitas. b. Rom. 7. c. 1. Cor. 7. d. supr. 27. q. 3. quid autem. Sent. 4. c. 1. 3. 3. Burch. l. 9. c. 40. Ivo p. 8. c. 118. Pann. l. 6. c. 117. Ans. l. 10. c. 26. Capit. 8. c. 35. e. Ivo p. 8. c. 80. Serm. bsd. Polyc. l. 8. m. 4. Auselm. l. 10. c. 17. Burch. l. 9. c. 44. Ivo p. 8. c. 182. Pann. m. 6. c. 10. c. Greg. f. al. ratione. g. Rom. 6.

co propter infirmitatem carnis eorum. Vir autem qui bigida natura est, maneat sine conjugio. Quod si ille aliam copulam acceperit, tunc hi, qui juraverint, perjurii crimine rei teneantur, & penitentia peracta priora cogantur recipere coniugia.

Hoc a autem forvari præcipitur, cum usq; idem fuisse. Ceterum si vir offeruerit se redditum debitum sibi, & illa differt, seu potius fides habenda sit, merito queritur.

C. III. q In veritate viri confitit, q. mulier negat. se cognitam ab eo.

De hinc in concilio apud Compendium habitis ita statutis est.

S. I. b. quis accepit uxorem, & habuit eam aliquo tempore, & ipsa sciemta dicit, quod nunquam coisse cum ea: & ille vir dicit, quod sic fecit, in veritate viri consilii, quia vir caput est mulieris.

Ecc. quod impossibilitas reddendi debitum, vinculum sibi conjugis. Sed hoc de naturali impossibilitate statutum est. Hui autem, malesciali impedimento, non frigiditas naturali debitum conjugiae prohibente, à viro suo separata est. Unde queritur, si licet ei etiam in hoc casu à viro suo discedere, & sibi copulare.

C. IV. q Quid de his, qui malesciali impedient, corre non possunt.

De hinc ita scribit Hincmarus Rhemensis Archiepiscopus.

S. I e per sortiarias, atque malescialas 1. occulto sed magis quam injusto Dei iudicio permittente, & diaboloparante, concubitus non sequitur, hortandi sunt, quibus ista eveniunt, ut corde contrito, & spiritu humiliato, Deo & sacerdoti omnibus peccatis suis duram confessionem faciant, & profusis lacrymis, & largioribus elemosynis, & orationibus, atque jejuniis Domino satisfaciant, & per excusationis ac cetera ecclesiasticae medicinae muniri, ministri ecclesie, tales, quantum Dominus annuerit, quod Abimelech, ac domum ejus Abraham orationibus sanare procurent. Quod si forte sanarion poterint, reparari valent: sed postquam alias nupias experient, illis in carne viventibus, quibus juncti fuerant, prius, quos reliquerint, etiam si possibilis concubusendi eis redditia fuerit, reconciliari nequivent.

¶ [Et Maleicias] In vulgaris sequentur artes: que sibi est a pleris, vetusti cedebunt, ac cetera cedebunt.

Sed in hoc vi deuter contrario præcepto capituli Gregorii. Si enim post impossibilitatem redditam habeat separari ab eo, custodiendo nupias, & redire ad primum. Hui autem virentes, ut secundo copulata fuerint, primo reconciliari non poterint.

Q. V. A. S. T. I. O. II.

Quod autem ei, cum quo prius fornicata fuerit, post separationem nubere possit, superius probatum est. Mortuus est enim sibi vir eius. Ex quo, iudicetur ecclesiæ, ab eis separata, ab ejus lege soluta est. Unde nota e. Si postmodum nubat, cui vult, tantum in Donina. q Sed quoniam si sine ecclesiæ iudicio, nulla causa distinet rationabiliter probata ab ea defessus, an effos cogendas redire ad eam? de hoc in statutum est in concilio Carthaginensi, cui interfuit Agapitius, cap. 30. f.

¶ Etiam in codicibus manuscriptis, & apud Iovem part. 1. cap. 32. citatur ex concilio Carthaginensi, in quo nullo inventum est, sed in Agathensi, cap. 25. (ex quo citatur Ivo eadem part. 1. cap. 1. 23.) & Capit. 7. c. 30.

g. Sent. 4. dist. 34. b. Sent. ibid. Burch. l. 9. c. 42. Ivo part. 1. c. 10. Pann. l. 6. c. 119. c. Sent. ibid. Ivo p. 8. c. 194. Pann. l. 6. d. al. manuina. e. 1. Cor. 5. f. al. 25.

C. L. q. Non dices alicui uxorem dimittere, nisi causa dissidiis primum ecclœsia probetur.

Sæculares q. qui conjugale consortium nulla i gravi culpa dimittunt, vel etiam dimiserunt, & nullas causas dissidiis probabilitate proponentes, propterea sui matrimonii dimittunt, ut aut illicita, aut aliena præsumantur inter eum apud Episcopos comprovinciales dissidiis causas dixerint, & præsumptuam in judicio damnentur, uxores sunt abierint, à communione sancte ecclesie, & populi cœta, pro eo quod fidem & conjugia maculant, excludantur;

[¶ Nulla] In recentioribus concordioribus in concilio Agathensi legitim, sine graviori, in Capitulo sibi, absque

graviori, sed in antiquis editionibus Parisiensis concordiorum, & Codicibus Vaticani, consortium graviori.

C. II. q. Lex divina prohibet virum uxorem dimittere, nisi causa fornicationis.

Item Ambrofius super Lucam, ad c. 16.

A. N. quod in subditos nefas est, in comparentias est: A. dimittit ergo uxorem quasi i jure, sine crimen, & patet id ubi licere quia lex humanorum prohibet? Sed diuina prohibet. Qui hominibus obsequeris, Deum vereste, audi legem Domini, cui obsequuntur etiam, qui legatissimum. [Qod. Deus conjuxit, homo non separat.]

[¶ Quodque] Sic etiam in vulgarib[us]. B. Ambrofius codicibus. Unde Gratianus manuscriptus est, quam scis vivere.

Huc clime.

C. III. q. Absq[ue] causa cognitione à viro suo dimissa, ad omnia restituatur.

Item Nicolaus Papa Carolo Regi.

Hec & ecclesiastica ab Eusebio Calariensi Episcopo confitit, de muliere quadam, quæ pro d castitate & marito accusabatur, ait. [Præceptum est ab Imperatore Iustini uprimum permitteretur ei rem familiarem libere duas ordinare: tunc denum responderet objecit. Hoc annis leges tam ecclesiastice, quam vulgates, publiceque præcipiunt.] ¶ Si e autem de mulieribus, & icoaribus viris hæc constituta sunt, multo magis ecclesiasticis hominibus, & sacerdotibus sunt concessa.

[¶ Hoc] Miseri momenti Iustinus in primo Apologetico pro Confessione & Eusebii ecclesiastice historiæ l. 4. cap. 16. Verba quædam huius capiti in epistola Nicola impressæ, aut manuscripta non sunt menta: sed habentur sibi eadem in prefatione Iosephi in fiduc canonum collectionem. Praefiat rante Iustini. Eusebius dicit. Fortasse autem in hoc capite translatus est similes te sequuntur.

C. IV. q. Non post restrictionem, neg. de conjugio, sedare, neg. de adulterii criminis inter vi- rum & uxorem iudicium est.

Item Nicolaus Papa in epistola Carolo Regi.

A Sive f de conjugio sedare, sive de adulterii crimine, ne iudicium agendum sit, nulla ratio, q patitur Thierbergam cum Lothario posse inire confitimus, vel levissimum controversie subire certamen, nisi prius ad tempus fuerit redditæ sibi potestati, & confanguineis propinquilibet sociata. Itaque & etiam locus providens est, in quo nulla sit vis multitudinis formidanda,

a. Iov. p. 1. c. 121 & 328. Panorm. l. 6. c. 106. b. Matth. 19. c. la præfatione Iudicii in volunten conditionum. d. al. de. e. nescio infirmi. f. Poly. 3. 6. cit. a. Burch. l. 9. c. 13. Ivo par. f. 117. Regm. l. 1. Othmographia. g. al. ratione potest. h. al. tuer quoniam.

& non sit difficile testes producere, vel ceteras personas, quæ tam à sanctis canonibus, quam à venerandis Romanis legibus in hujusmodi controversiis requiriuntur.

[¶ Epistola ex qua accepimus est hoc caput, haberet Roma in codice monasterii Dominicorum, & ex ea aliquo fuisse addita. ¶ emendata.

3 pars. In hoc capite quæcumque videatur causa exposta, quæ sua auctoritate non licet alicui uxorem dimittere, quæ cessante, ipsa quoq[ue] prohibito cesare videatur; tamen quia ipsa separatio pena est, & pena nulli est inferenda, nisi per indicem generaliter hoc intellegendum est, ut si eob casum præmissum, siue nulla causa existente, non licet alicui auctoritate uxorem dimittere. Quid etiam de pena homicidi, vel qualibet alia intelligendum est.

C. V. q. Conjugia penitus interdicantur his, quæ suis conjugi occiduntur.

Unde Nicolaus Papa scribit Rodulpho Bituricensi Archiepiscopo.

Interfectores & suarum conjugum sine iudicio, cum non additis, adulterarum, vel aliquid hujusmodi, quid aliqui habendi sunt quam homicida, ac per hoc ad penitentiam redigendi? Quibus penitus conjugium deneratur, exceptis adolescentibus, de quibus est beati Leonis Papa xxv. 1 regula Decretalium, in modo indulgentia observanda.

¶ xxv. Hoc eodem numero habetur in codice canonum inter decreta seu regulas Leonis.

In hoc capite videtur Nicolaus b. permittere maritus, causa adulterii, vel alterius hujusmodi criminis, uxores suarum intercidere. Sed ecclesiastica disciplina spirituali gladio, non materiali criminis fieri jubet: illo videlicet gladio, quo * Petrus subiicit malum & manducare. De quo enim Christus ait in Evangelio: c. [Non] veni pacem mittere in terram, sed gladium.

C. VI. q. Non licet alicui uxorem suam adulteriam occidere.

Item Idem Nicolaus scribit Albino Archiepiscopo.

Inter d. hac sanctitas vestra addere studebit, si cuius uxor adulterium perpetraverit, utrum marito illius licet secundum mundanam legem eam interficere. Sed i sancta Dei ecclesiæ mundanis nunquam constringitur legibus: gladium non habet, nisi spirituale: non occidit, sed vivificat.

C. VII. q. Pænitentia ejus, qui propriam alijs causa periremus uxorem.

Item Pius Papa.

Q Vicinque & propriam uxorem absque lege, vel si ne causa, & certa probatione interficerit, aliamque duxerit uxorem, armis depositis, publicam agit pænitentiam: & si contumax fuerit, & Episcopo suo inobedient extiterit, anathematizetur, quoque consentiat. Eadem lex est illi, qui seniorem suum interficerit.

C. VIII. q. Pænitentia Hæstulphi, qui uxorem suam interfecit.

Item Stephanus Papa V. Hæstulphi.

A Dmonere g. se cum lachrymis, & multo gemitu cor discursum, fili Hæstulphi: sed non filius debes dici, qui tam crudeliter infelix homicidium perpetravit. Nam occidit uxorem tuam, partem corporis tui, legitimo matrimonio tibi sociaram, sine causa mortis, ac ubi resiliens, non insidiante quomodo virtutia. Non invenisti eam cum alio viro nefarium rei-

a. Sent. 4. dist. 35. Ivo p. 8. c. 125. Panorm. l. 7. c. 15. Ipsi a. ead. in adolescentia. b. Sent. ibid. * Al. 10. c. Matth. 10. d. Sent. ibid. Poly. 1. 6. 11. e. Ivo p. 8. c. 124. & 333. Panorm. l. 7. c. 15. e. Sent. ibid. Buc. l. 6. c. 37. Ivo p. 30. c. 50. Ans. l. 10. c. 6. Strab. l. 7. c. 149. f. al. g. Burchard. l. 4. cap. 40. Ivo p. 8. cap. 126. Panorm. l. 7. c. 126.

cientem : sed concitus à diabolo, impio furore inflammatu[m], latronum more atrocis, eam gladio tuo, crudelior omni bestia, interefisi; & nunc post mortem ejus addis iniq[uitatem] super iniq[uitatem], filiorum tuorum improbe p[ro]ximo. Qui matrē non peperisti, & filios tuos orphanos fecisti, inducere super eam vis mortis, cauſam post mortem: per unum homicidiam, & reprobum testem incutare vis mortuam. Quoniam nec Evangelium, nec illa divina humanaque lex unius testimonio etiam idoneo quempiam condensat vel justificat, quanto magis per ipsum flagitiosissimum, & sceleratum nec illa vita debuit condemnari, nec ī te p[ro]p[ter]e ejus mortem acclari? P[ri]us causa criminis subtiliter erat investiganda: & tunc, si ita sūiſet inventa, secundum legis a tra- mutem debuit accipere ultionis vindictam. Nam si verum (quod abit) sūiſet, nec illi adulter[er] menitus est, post septem annos penitentia peracuta dimittere, eam per approbatam cauſam posse, si voluſiſes: occidere tamen eam nullatenus debuit. Non enim vult Deus morte[us] peccatoris, sed ut convertatur ad penitentiam, & vivat. Idcirco placeat tibi consilium nostrum, & hoc fac, quod melius tibi, leviusque videri potest: misericordia animaf[er]t, ut non sis tu ibimet ipsi homicida. Relinque quapropter te rogamus, hoc malum b[ea]tūculum, quod te traxit ad inmanissimum peccati facinus: ingredere monasterium, humiliare sub manu Abbatis, & multorum fratrum precibus adjutus, obserua cuncta simplici e animo, que tibi fuerint imperata, si forte ignorat[ur] infinita Dei bonitas peccatis tuis, & refrigeret animam tuam, priu- quam crucieris perpetuis flammis. Hoc levius & melius tibi esse certissime scias. Sin autem publicam penitentiam, permanens in domo tua, vel in hoc mundo, vis agere (quod pejus tibi & durius, & gravius esse non dubies) ita, ut agere debes, exhortanq[ue], omnibus diebus quibus penitente debes, vinum & siceram non bibas; carnem nullo unquam tempore comedas, praeterea in Pascha, & in die Natalis Domini: in pane, & aqua, & sale penitentiam age: in jejuniis, & vigiliis, & orationibus, & elemoynis omni tempore persevera: armis nonquam cingere, nec in quolibet loco litigare præsumas. Vxorem nunquam ducere, concubinam non habere, nec adulteriu[m] committere audeas: in balneo nunquam laveris, in convivis latantium nunquam te misceas, in ecclesia segregatus ab aliis Christianis post ostium & postes humiliare ut accipias, tibi concedimus. Sunt & alia multa, qua tibi nimis durius, & fas acrius erant, iuxta magnum pondus peccati, infelix, adjicenda. Sed si haec omnia, qua tibi misericorditer supradicta sunt, perfecto corde, Domino auxiliante, feceris, & custodieris, confidimus de immensa Dei clementia remissionem habiturum te tuorum peccatorum, & secundum dictum d[omi]ni, bonique pastoris resolvere te sancta ecclesia ab hoc vinculo peccati in terris, ut per ipsius gratiam, qui eam suo sanguine acquisiuit, solitus sis in celis. Sin autem alter feceris, & sancta matris ecclesia tam salubrem admonitionem despixeris, ipse tibi sis iudex, & in laqueo e diaboli, quo irretitus teneris, permanebis, & sanguis tuus super caput tuum: nos alieni a conforto tuo pro aliorum filiorum Dei salute, ipso opitulante, omni sollicitudine nitimus defudare, & Domini misericordiam attentius quotidiane implorare.

¹ Nec a te] Apud Burchardum & Iovinem legitur, nec poteris post mortem ejus exulari.

a Ezech.33. b al.malignum, c al.supplici, d al.imperium. e Osea.4. f Matth.19.

C. IX. q Potius uxore vivente dicitur quod quam humanum sanguinem fundat.
Item Augustinus de adulteriu[m] conjugii,
lib.2.cap.15.

Si (a quod verius dicitur) non licet homini Christi uno adulteram conjugem occidere, sed tantum dimittere; quis est tam demens, qui dicat ei, fac quod non licet, ut licet tibi, quod non licet? Cum enim utrumque secundum legem Christi illicitum sit, sive adulterum occidere, sive illa vivente alteram ducere, ab utraque abfendim[us] est, non illicitum pro illico faciendum. Si non facturus est, quod non licet, jam faciat adulterium, & non faciat homicidium, ut vivente uxore sua alteram ducat, & non humanum sanguinem fundat. Quod si utrumque nefarium, non debet alterum pro altero p[ro]p[ter]e, sed utrumque vitare.

4 pars. In primitiva autoritatibus quaque prohibetur adulteras conjuges suas occidere: sed permititur post septem annos penitentiam eis illas dimittere. Si autem illas interficiunt, subiungit sine spe conjugi perpetuo manere: nisi forte propter lapsum juvenili incontinentiad ad matrimonium contrahenda in misericordia impendatur. Clerici autem concedunt, si uxores eis peccaverint, sine mortis acerbitate habere eas in custodia, & ad ipsas eis cogere: non tamen usq[ue] ad necem affligere.

C. X. q Clerici si uxores eorum peccaverint, prater necem eas domi custodiunt, & ad salutem eas cogant, jejunia.

Vnde in Toletano concilio I. c.7. legitur.

P[ro]lactit 6, ut si quorumcunque clericorum uxores peccaverint, ne forte potestetam peccandi plus habant, accipiunt mariti eam hanc potestetam, prater necem custodiendi ac ligandi in domo sua, ad jejunia fastria, non mortifera eas cogentes: ita, ut invicem sibi clerici pauperes auxilium ferant, si servitia eis forte non habant. Cum uxoris autem ipsiis, que peccaverint, non cibum sumant, nisi forte ad timorem Dei acta penitentia revertantur.

5 pars. Nunc autem quaritur, quare sacris canonibus in scriptis, ut post septem annos penitentes in primitum statim revocentur.

C. XI. q Quare si institutione post septem annos in primitum statim penitentes redire.

De his ita scribit Uidorus ad Massenum c Episcopum, in prestatione ad librum de summo bono.

Hoc d[omi]n[u]m, quod canorum censura post septem annos remeate penitentem in primitum statum præcipit, &c. ut in tractatu ordinandorum de legi, non ex electione proprii arbitrii, sancti Patres, sed potius conscientia divini iudicij sanxerunt. Nam legitur, quod Maria & soror Aaron prophetisa, dum s[ed] detrahitur a g[ener]e aduersus Moysen, incurrit delictum, illis fugitate leprosa perfusa est: cumque petet Moyses, ut e mundaretur, præcepit eam Deus extra caltha septem diebus egredi, & post emundationem rufus eam in castra admitti. Maria ergo soror Aaron, eato intelligens fæc[t]eris, que dum superbie dedita, f[ac]tum est, cogitationum h[ab]itum, maculatur contagis, extra casta ipsum diebus, hoc est, extra collegium sancte ecclesie, in loco, vel primitu[m] dignitas recipiat meritum, & post pa-

2 Ivo p.8.ca.24. Panorm. L7.c.17. b Ivo part.2.cap.20. c al.Massenum. d Rabanne I.p[ro]mut. cap.1. Poly.1.9.2. Anselmus lib.8.cap.37. Ivo part.3.cap.39. & p.15.c.9. e J[ohannes] disclant.30.cap.12. f al.c[on]sum. g al. ob[ligatio]nem. Nam h al.corruptionum.

^a In fine t. autem epistola adjicendum putavi, ut quoniam in gesu conciliorum discors sententia invenerit illius sententia magis teneatur, cuius antiquior aut prior ex ea auctoritas.

^b ¶ Ut in tractato ordinandorum de lapsis] Absunt his a plenaria sententia, sed non sunt expuncta, quia sic solet citare Gratianus, & indicatur e. Presbyter super diff. 32.

^c In fine autem] Hec uig. ad finem absunt ab uno antiquo Graeci exemplari.

^d Hoc autem quoniam de sacerdotibus videatur specialiter datus genitrix ramen de omnibus paenitentibus operis intelligi. Minimorum namq. illius Domine sententia David d. de adulterio & homicidio proponens unius hebdomadae penitentie in fastis submersis admissi felicitate Deo legitime obtulisse. Hinc etiam confessio confutandus est usquepatrum, ut majorum criminum penitentia operis conversionis ipso concludatur, nisi vel officio exhortatio, vel criminis magnitudine valorem confutandin excepsit. In quo tamen non regulam constitimus, sed quid sit tollerabilis afflitionis.

^e appropinquabit enim regnum caelorum.] Conjugium vero legitimum nulli orthodoxorum paenitentiam sustinent solvere licet. ¶ ¶ Sacris eos vos expedit eloquii edocere, ut alii erroris eripiantur caligine, & licetis copulationibus juncti, de omnibus illiciis paenitentiam agere procurent.

C. XIV. ¶ Propter lapsum juvenis incontinentiae non negantur paenitentibus uicta conjugia.

Item Leo Papa ad Ruficu[m], epist. 90.

al. 92. c. 11.

^f Nam adolescentia constitutis, si urgente aut metu mortis, aut captivitate periculo paenitentiam gerit, & postea timens lapsum incontinentiae juvenis, copulam uxoris elegit, ne crimen fornicationis incureret, rem viderit se esse veniale, si præter conjugem, nullam omnino cognovit. In quo tamen non regulam constitimus, sed quid sit tollerabilis afflitionis.

C. XV. ¶ Hoc paenitentia est imponenda et, qui matrem occidit.

Item Nicolaus Papa Rhadiso a Episcopo sancta eccl[esi]e Argentoratensis.

^g L Atorem b paenitentium matricidam esse cognovimus. Cui præcipimus, ut sub paenitentia iugulo permaneat: ita ut per annum integrum ecclesiam non ingrediatur, sed ante foras basilicæ orans, & deprecans Deum perseveret, qualiter tanto eripiatu[m] piaculo. Completo vero anno circulo introiundi in ecclesiam licetiam habet: tamen inter audiencias flet, sed nondum communicet. Completis autem trium annorum curricula sacra communionis ei gratia concedatur, oblationes vero non offerat, nisi prius aliorum septem annorum curricula explicantur. ¶ His autem omnibus annis atque temporibus carne non manducet, nec vinum bibere profumat, exceptis festis diebus, atque Dominicis, & Pascha usque ad Pentecosten. Et quounque ire voluerit, nullo vehiculo deducatur, sed pedibus proficiatur, arma non sumat, nisi contra paganos, ieiunet autem tempore diebus per hebdomadam usque ad vesperam. A propria quidem, ac legitima conjugi non separetur, ne in fornicationis voraginem corrut, quod ne fiat, optamus. Si autem ante annorum trium circuitum finis illius approquinaverit, corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi particeps fiat: sin e autem, ut supra statuimus efficiatur: tamen, cum illius conversionem d. & lachrymarum fontem in omnibus videritis floridis actionibus, & optimis operibus pulchrae, humanius circa eum vestra sollicitudo p[re]vige[re] appareat, mitisque omnibus demonstretur.

^h ¶ Panitia parricidarum, que hic precipitatur, habetur in Concilio Vuormaciensi, c. 30.

C. XVI. ¶ Post dignam paenitentiam adolescentibus permittuntur licita conjugia.

Item e

ⁱ S I quis cum duabus fuerit sacerdotibus fornicatus, ps. Saut cum his personis, de quibus sancta scriptura prohibet, si dignam egerit paenitentiam, & castitatis non valuerit continentiam sustinere, licet ei legitimam in conjugio uxori accipere: similiiter & mulieri, quæ talii fuerit sceleris lapla, ut fornicationis non perducatur ad chaos: sed hoc de laicis viris ac mulieribus solummodo statuimus.

^j Ivo erat hoc, quemadmodum & sequens, ex Nicolo ad Carolum Archiepiscopum & eius suffraganeos. Idem vero habetur in Concilio Vuormaciensi, cap. 33. nisi quod pro illa verba, lapla,

^a a. al. Rodolpho. ^b Poly. l. 6. tit. 10. Anselm. l. 11. c. 52. Burch. l. 6. c. 46. Ivo p. 10. c. 137. ^c Vide Rhenatum ad finem Tertullianum operum. ^d al. conversationem. ^e al. idem. ^f In Concordio Vuormaciensi, c. 33. idem habetur.

K K

uit fornicationis non perducatur ad chaos, in eo legatur, la-
pla fornicationis, licet.

C. XVII. ¶ Puniatur, qui haec crimina committit, non tamen legitimam dimittat, uxorem.

Item a.

Si b quicunque matre fornicatus fuerit spirituali ana-
thematis, ut scitis, percutitur iustus. Similiter autem & illum percutere promulgamus, qui cum ea, quam
de sacro fonte baptisatus suscepit, aut cum illa, quam ante Episcopum tenuerit, cum sacro christmate fuerit un-
ita, fornicationis perpetraverit scelus: legitimam tamen,
si habuit, non dimittat uxorem.

9 pars. Quos z enim Deus conjunxit, iudex sua au-
toritate separare non debet.

1. ¶ Cum matre] Sic in Pannormia, & apud Iovonem p. 9.
c. 50. Sed apud eundem p. 1. c. 18. legitur: si quis cum communice-
fuerit etiam in concilio Vuermaciensi.

2. ¶ Quos enim] Hac non sunt in Vuermaciensi, neq; apud I-
ovonem, sed jure eadem in Pannormia.

C. XVIII. ¶ Non homo separat, quis papa:
condemnat.

Quanquam Iudorus hoc aliter intelligat,
dicens.

Quos & Deus conjunxit, homo non separat.] Quae si
quomodo sibaudi violenter, sine lege, ablique ra-
tione, quos Deus conjunxit, homo non separat. Non e-
nim homo separat, quos penitentia condemnat, quos reatus
accusat, quos maleficium coarctat.

Venit hoc pro hui dictum intelligitur, quae iudices seculi pre suis
sceleribus legum se veritate percussunt, quos vel morte puniunt, vel
deportari jubent.

C. XIX. ¶ De eodem.

Item ex Concilio Toletano VI. c. 8.

10. **A**ntiqui d & sanctissimi est patris sententia Papa-
ps Leonis, ut is, qui in statu adolescentiae positus,
dum mortis formidat casum, pervenerit ad poenitentia
remedium, si conjugatus forte & fuerit incontinentis, ne
postea adulterii lapsum incurrat, redeat ad pristinum
conjugium, quo usque posuit adipisci temporis maturitate
continentis statum: quod nos sicut de viris, ita de fe-
minis a quo modo censemus. Non quidem hoc gene-
raliter, & canonice est praeceptum, sed confitit a nobis pro
humana fragilitate indulsum. Et duntaxat ratione, ut
si is, qui penitentia non est legibus deditus, ante ab hac
vita deceperit, quam ex confessio ad continentiam unus
orum fuerit regressus, superstiti non licet denuo ad u-
xorius transire amplexus. Si autem illius vita extiserit
superstes, qui non accepit abolitionem p' penitentis,
nubat, si se contineat non potest, & alterius g' conforto
frustra uxor. Quod de utroque sexu quomodo à no-
bis manifestum est esse decreatum: ita videlicet, ut in o-
mnibus ficeretur ordinatio, ut iuxta quod ex-
tatem aperte perficeretur, penitentia, absolutionis, vel di-
inctionis tributaria legem.

1. ¶ Vnus eorum] In antiquis conciliorū editionibus est,
eorum unde: in uno Vaticano codice, alter eorumdem: in co-
dice Luensis rego, ad continentiam eorum fuerit. in posteriori-
bus autem Coloniensibus editionibus, alter ad continentiam
eat, unde fuerit regressus. Itaq; in tanta varietate retenta est
ratiocina tellio Gratiani, qua est in manuscriptu quoq; ipsius exem-
plaribus.

a. al. idem. b. In eodem concilio, cap. 34, l. 100. part. 1. c. 138.
& part. 2. cap. 26. Pannorm. l. 7. c. 64. c. Math. 19. d. Sup.
ead. in adolescentia. e. al. est fortis. f. al. benedictionem.
g. adulterius.

TRACTATUS DE Poenitentia.

QVÆSTIO III.

His breviter decursu, in quibus extra negoti finem de
quantulum evagati sumus, ad proprieτate cause tertium
questiōnēm per trālandam (qua queritur).

DISTINCTIO I.

Vtrū s̄ sola cordis constitutio, & societas fraternalis ali-
oris confessione quisq; possit Des. satisfacere.) redēsum. Sunt
enim qui dicunt, quilibet criminis veniam sine confessione satis
ecclēsiae, & sacerdotali iudicio posse promoveri, iuxta illud Ambro-
si super Lucam ad cap. 22.

¶ Gratianus ad explicandam hanc tertiam questionem mul-
ti attulit. Quam per longam tractationem, quā eum sequi ſunt,
in septem distinctiones diviſiunt. In antiquis enim exca-
ploribus nulla est distinctionis separatio: in aliquibus vero in
marginē tantum est, Distinctio prima, secunda, &c.

¶ Vtrū solā] Hac conjungit sūti conſideratione
querendis modis in perverſis suis conjunctis ab illo emperantur.

C. I.

Petrus a doluit & sivevit, quia erravit, ut homo. Non
invenio, quid dixerit, invenio, quid sivevit; lacry-
mas ejus lego, satisfactionem non lego.

Item L.

Lachrymae & lavent delictum, quod voce padore
confiteri.

¶ Item] Sequebatur, Ioannes Chrysostomus, qd
quem hac ip̄a omnī verbā non sunt inventa. Sed apud B. Am-
broſium post ultima verba capit. precedente ſequuntur. Sed quod defendi non potest, abſolvi potest. Lavent lachry-
mae delictum, &c. & Ambroſium utas Magister ſeſtantur.

C. III.

Item Propheta:

Sacrificium & Deo spiritus contribulatus, cor con-
sum, & humiliatum Deus non despiciat.

C. IV.

Dixi d, confitebor adversum me in iuſſitiam meam
Domino, & tu remifisti impietatem peccati mei.

C. V.

¶ Quid Augustinus exponeat ait.
MAgna & pietas Dei, ut ad solam promissionem
peccata dimiserit. ¶ Nondum pronuntiata ore, &
tamen Deus jam audit in corde, quia ipsum dicit, qui
si quoddam pronunciarē eit. Volum enim pio opere
reputatur.

¶ Intus uig; ad vers. Nondum. est Catechisi, quae exten-
glossa ordinaria; & magister. Quia vero sequitur, magis ex
parte fuit ex B. Augustino.

C. VI.

Item lib. 2. tit. de postulandis Imp. Leo & Anthemi-
us Nicofratio Prefecto pratorum.

Nemo vel in foro magnitudinis tuz, vel in provin-
ciali iudicio, vel apud quemquam judicem acco-
dat ad togatorum confotium, nisi facrōsanctis catho-
licae religionis fuerit imbutus mysteriis. Sin autem a
liquid quoquo modo, vel quadam machinatione fi-

a. Sent. 4. diff. 17. Luc. 22. b. Iovibid. c. Psalm. 31.
d. Psal. 31. e. Glossa ordin. in eum locum ex Aug. & Ca-
ſiodoro. Sup. 17. q. 1. qui bona, veritate magna puerat. Sent. v. 1.
f. Tir. 3. & cod. Theod. 9. tit. 25. l. 2. 36. q. 1. si qui non deum. Di-
part. bis. l. 2. q. 4. Poly. l. 4. tit. 3. g. al. ſeruato.

sum,